

Parmultbd - 00

Gr. Form.
D. g. 65

Sept. & Sept. f.
29 167. X

X Mat. 4. 5
anno 1.
SS.

Friderick Wilhelm Bötticher



Designatio MATERIARUM.

- Fam" Bifffr Prof"mngs Grffiffr. i.
anbst Enfcribung der Illuminationen und
fünf Monaten, auf Besoers Neukirchs Krafß
und andrea aufr. pp
- Und Judas Wolf Brandes nutzbar Grffim
Wrißergung über das prof"mng. 2.
- Wohlhabens h. Fablonski Endmuth vorübers..
Abscondita Numeri et Temporis Pronostica
ad novum Solium. 3.
- Neukirchs Krafß über D. Piusj. Mag"i manu
afolni Krafftungen. 4.
- P. Francü Amstela Musa. 5.
- Illuminirtes Berlin Eng" inn Englagon. 6.
- Und f"r d"r Franklin. 7.
- Enfcribung der vier gefallenen fr"nck. Mark. 7.
- Illuminirtes Charlottenburg Eng" von
fr"nck. Prinzus Englagon. 8.



- Extract des Br. et des Eng. des franz. Privilegins
 Englands. Ein Druck nach dem Original gedruckt. 9.
 Neu-Kirchs Vertrag Englands Geburts- und Privileg
 von Oranien. 10.
 Vertrag von Meijers Fasans auf Olvens. 11.
 Vertrag von Englands und des Privilegins von
 Hessen Cassel und der Frau Prinzessin. 11.
 Vertrag von D. August. Margr. von Brandenburg
 fürg. der Grafschaft Hohenstein. 12.
 Informatio Juris et Facti in Reichen Margr.
 Ansbury cont. Moruland. 13.
 Vertrag D. August. Margr. ad Imperatorem,
 abgedruckt in Altona zu Quedlinburg. 14.
 Information sommaire touchant le Droit de
 Sa Maj: le Roi de Prusse à la Succession de son
 grand Pere, le Prince Henri, fondé sur son
 Testament dans la Maison de Nassau Orange. 15.
 Disquisitio de Iuribus Regiae Majestatis Boruss.
 sice in Comitatus Meurssensem et Lingensem. 16.



- Utterius Mandatum de manutenciondo in Possessio
 ne comitatus Moersensis legitime Apprehensa
 sine clausula. In Delft in den Zeugnissen von
 Prinsen contra Nassau D'Asserbrück und Consistorium 17.
 Traité Sommaire du Droit de la Majesté le Roi de
 Prusse à la Principauté de Neufchâtel 18.
 Sentence d'Investiture de la Souverainité de
 Neufchâtel et de Valaygin 19.
 Mémoire abrégé des Droits du feu Roi Guillaume
 homme de la grand Bretagne sur la comté de
 Neufchâtel et ses Dépendances 20.
 Instrument d'engagement Reluition der Kneiss Vogtey
 und Tafelzins Lüttgen Nordhausen 21.
 Duel Edict von 1688 22.
 Executions Cardinale von 1693 23.
 Enghischt ar ein neuer Landes Appellationen und
 Obere Appellations Gründ zu fallen 24.
 Ordination und Statuten des Oberen Generalle
 gionsblatt 25.



Reglements vngyn der General Thargen Casse von 1698 vnd 1705.	26.27.
Nrn" Märkissn Cammer Graiff Ordinung von 1700.	28
Land" Alte Ordinung von 1700.	29.
Woll Edict von 1687.	30.
Exem. Literarum ad Regem Poloniae a S. Ele- ctore Brandenburgico exaratarum, quibus ad injuriosas Exprobationes, qua in Universali- bus continentur, respondeatur.	31.
Capitulation von Rheinberg H: Geldern.	32.33.
Flensku Vorff im Alter Ordinung.	34.
+ Nebst vroffindum darzu ynforynn Carmen.	

21 5

PETRI FRANCII
AMSTELIA MUSA
QUAE
*SERENISSIMO AC POTEN-
TISSIMO PRINCIPI*
FRIDERICO
BORUSSIAE REGI
EIDEMQUE
ELECTORI BRANDenburgICO
DE
REGIIS HONORIBUS
ET INSIGNIBUS
JURE OPTIMO ET APPLAUDENTE ORBE
SONLENNI RITU ET INCREDIBILI REGIAE MAGNIFICENTIAE APPARTU
IN
REGIO MONTE
A. D. XIIIX. JANUARII
SUSCEPTIS
EA QUA PAR EST PIETATE GRATULATUR
ANNO A CHRIST. NAT.
CIC CI CCI.

Petrus Henrici

AVGUSTINUS

MAGISTER ET DOCTOR

CONFESSOR

PROPHETAE ET SENS

CONFESSORIS HISTORIAE

REGI & CIVIBUS

CONFESSORIS HISTORIAE

TRICENTI ANNO DUC

REGIO MONTE

A.D. XXV. IUNI

SACERDOTIS

BY GUY PARISI MESTATE GRATULATUR

ANNO A CHRISTI NAT.

CID IC CC





P. FRANCHII AMSTELIA MUSA.

FACTENUS admirata Tuos Europat triumphos,
E pugna quoties, spoliis ornatus opimis,
Et multo belli decoratus pulvere, Princeps,
Ardua victoris repetebas moenia Brenni.
Qua patet, immensum dudum Te Fama per orbem,
Dispersit, FREDERICE. Suo Te Gloria curru
Sustulit, & comitata Tuos in praelia gressus
Innumeras Tibi concessit Victoria palmas.
Te bellatorem Rhenus, Te maximus Ister
Sensit, & attonitas ad Brennica fulmina retro
Egit aquas, pavidumque imo caput abdidit alveo.
Assurgit meritis tellus Germania tantis ;
Assurgunt vallesque cavae, collesque supini ;
Assurgit nemus Hercynium, frondesque per omnes
Te resonat ; laudesque Tuas, & fortia facta ,
Aemula vicinis iterat de montibus Echo.
Te Tibi subjectae gentes venerantur, & urbes ;
Omnis Te colit Aula ; suum Te quisque parentem
Esse putat ; demptosque suis Tibi devovet annos ,
Majus & imperium votis communibus optat.

A 2

Au-

P E T R I F R A N C I I

*Audit, & imperium majus Tibi destinat Aether,
Postque tot, ac tantas, victorum praemia, lauros,
Jam Tibi Regalem, Princeps F R E D E R I C E ,
coronam*

Praeparat, & claro cingit diademate frontem.

*Tollite Regales Coelo capita ardua montes ,
Tollite : Rex Coelo vobis promissus ab ipso*

Advenit. Hic vobis nomen Regale , decusque ,

Ex vero dabit : Hic mediis vos invehet astris :

In tantumque alios , hoc rerum Praefide , montes

Vertice sublimi superabitis ; aërius mons

Se quantum super arva , & depresso convallis

Erigit , atque humiles despectat culmine campos.

Et Tu , quae clarum Regis de nomine nomen

Urbs geris , augustum Regalibus excipe Regem

Moenibus , & Dominum non adspichernare priorem.

Vix duo consecere orbem , volventibus annis ,

Lustra , Tuo cum legitimo Dominoque Ducique

Hos recludebas muros , ultroque volensque

Illud adorabas submissò poplite nomen.

Major bonos vestris nunc sese moenibus infert ,

Proque Duce , insignem Sceptro , insignemq; Corona ,

Accipies Regem . Titulo , non moribus , alter ,

Ille reget miti vestras moderamine terras.

Nec tu jam , in geminas divisa Borussia partes ,

Altera sub Ducibus , sub Regibus altera , posthac

Nomen eris bifidum , nec te minor : utraque Regem

Agnosces Dominum , & parili fulgebis in ostro.

Tu modo Regali , Rex inclyte , Regia sume

Fraena



AMSTELIA MUSA.

Fraena manu, Regnique Tui, quas tendit, habenas
Arripe. Te magnum Rector terraeque polique
Mittit in imperium, Teque in Tua Sceptra reponit.
Utere sorte Tua, Princeps, & munere Coeli,
Regalemque, diu quae Te desiderat, urbem
Ingredere, & populo Te Regem ostende Borusso.

Scilicet hoc meruit virtus Tua, partaque bello
Gloria, & innumeræ, belli pacisque ministrae,
Quas colis ipse, Tua quas Aegide protegis, Artes.
Hoc Tibi concedit Jus, & Natura, Tuique
Majores, nulli Regum virtute secundi,
Et decore hoc, populo plus uno judice, digni.
Nempe Tuum, Regis titulo & splendore, Bohemus
Legit Avum; terrasque suas, urbesque regendas
Obtulit: Invictum vicina Polonia Patrem
Optavit Regem, & dignum quem adscisceret unum
Credidit hunc, omniè numero Regumque Ducumque.
Quid quod Vandalicam, vincitus diademate, gentem
Rexisset dudum Genitor Tuus, aspera fata
Illum immaturo nimium nisi funere terris
Ereptum longè meliori in sede locassent.
Ista reservatur Tibi gloria; proque Parente,
Non jam Dux populi, sed Rex, FREDERICE, Borussi
Gnatus eris, Patremque Tuum, & decora alta tuorum,
Porrecto latè imperio, ceu nomine, vinces.
Nec novus iste, sed à multis Tibi debitus annis
Est honor: Et, nisi Te fatalia bella, salusque
Publica, diversam in partem, gentesque remotas,
Traxissent, jamdudum humeris fulsisset ab ipsis



P E T R I F R A N C I I

*Purpura, & in Solio sedissem ritè Borusso.
Ipse Ducis titulus, quem Magni morte Parentis
Jure potestatis crevisti & robore summae,
Dat Tibi Regalem, nec fas dubitare, Coronam.
Regis adhuc nomen deērat Tibi: Cetera cuncta
Regis erant: Verum spirabant omnia Regem:
Regalis pompa, & species, regalis amictus,
Regales Comites, & Dignus Rege satelles,
Digna Domus: Tuq; Urbs, Domino dignissima tanto,
Ante Ducis, nunc hospitium, Berolinia, Regis,
Regificum longè fundens lateque nitorem.*

*Salve, magne Nepos Brenni, salve inclyte Princeps,
Splendorem dudum Regis, jam Regis adepte
Nomen, & imperium in populos Regale volentes.
Adspicis ut populus subdat Tibi Sceptra Borussus,
Nec fieri, quod jam fuerat, Te Rege, recuset!
Regnum erat, & Regnum fieri, Te Principe, gaudet.
Adspicis, hoc ipso laetentur ut omnia Regno?
Laetantur passim cives, laetantur & urbes,
Arvaeque. Submittunt proni sua culmina montes,
Inclinantque suo se vertice. Pregela prisca
Transcendit ripas; & tanto Rege superbus
Vistula subjectos irrorat flumine campos.
Übera distendit tellus: Redimita capillos
Flava Ceres spica jam turgescente, benignam
Mox segetem, & plures orbi promittit aristas.
Plura volant, è diverso solventia portu,
Carbasa per vastum pelagi mare. Fallor, an ipsa
Clarius Arctoo scintillant sidera Coelo,
Majorique nitent perfusi luce Triones?*

Nec



A M S T E L I A M U S A.

Nec minus & terrae stellas, fulgentia nostri
Astra soli, toto lumen spargentia mundo,
Gaudia pertant magnos communia Reges.
Applaudit Tibi finitimus cum gente Polonus :
Applaudit Leopoldus, & hunc agnoscit honorem
Jure datum : claro Heroum Tibi sanguine junctus,
Verum animo, verum affectu conjunctior, alto
Applaudit Tibi de Solio Gulielmus ; & omnis
Albion ; inque suis exultant Orcades undis.
Nos quoque, plus uno juncti Tibi foedere, Belgae,
Praequre aliis nexu populis propiore ligati,
Plaudimus, atque animi donamus pignora nostri.
Si quid id est, & si Vatum, privataque quicquam
Vota valent, Sceptrum hoc, quod fert Tua dextera
 & istam,
Quam capite augusto portas, FREDERICE, Coronam,
Musarum Maecenati, Patrique, Ducique,
Amstelia Tibi Pierides gratantur ab urbe.

Et merito. Quis enim Regum Te clarior, aut Te
Dignior, ullius solium concendere Regni ?
Quis pace, aut bello, melior ? Quid Marte valeres,
Tot pugnata Tibi testantur praelia ; totque
Oppida, reclusis ultro Tibi dedita portis ;
Aut vi victa, Tuis & debellata catervis.
Pace nec inferior, quam bello, mitibus arma
Permutas studiis, & doctis otia praebes
Virginibus ; variisque Tuae telluris in oris
Templa, sacerdotesque illis, & commoda donas
Annua. Scit Rhenus ; scit Sala, atque Odera ; tuque
Regie Mons, Phoebi hospitio dignate superbo.

Sume



P. FRANCHII AMSTELIA MUSA.


*Sume animos jam nunc, Mons inclyte : Collocat isto,
Montibus Aoniae profugas , in vertice Musas
Rex Tuus. Ecce sui frondosa cacumina Pindi
Linquit , & Haemoniam prae Te fastidit , Apollo.*


*Crescite Regales, Musarum culmina, Montes,
Crescite ; splendoremque novum, semperq; recentem ,
Induite , & terras nomen distendite in omnes.*

*Audiat Europe vestrum decus, audiat orbis
Ultimus : extremae veniant ad Baltica gentes
Aequora, & hoc vivo promant è fonte liquores
Castalios, undisque rigent Regalibus ora.*

*At Tu, qui tantum famae, tantum addis honoris ,
Huic urbique locoq; ingens Regumq; Ducumque
Gloria, praesidium populi columenque Borussi ,
Vive diu ; Regnique Tui pomoeria profer
Longius ; & Regale Tuum , REX MAGNE, sed olim ,
Cum vitae fueris satur , & maturus Olympo ,
In Gnatum, ac seros Sceptrum transmitte Nepotes .
Hoc omnis laeto populus vovet ore Borussus ;
Hoc Germana vovet tellus ; hoc, Belgica ; & ille
Proximus, à nostris divulsus finibus , orbis.*

AMSTELODAMI A. D. PRID. NON. JAN. CIC CI CCI.





AB 175530

24



St.

VD 17

21 5

PETRI FRANCII
AMSTELIA MUSA
QUAE
*SERENISSIMO AC POTEN-
TISSIMO PRINCIPI*

FRIDERICO
BORUSSIAE REGI
EIDEMQUE
ELECTORI BRANDenburgICO
DE
REGIIS HONORIBUS
ET INSIGNIBUS
JURE OPTIMO ET APPLAUDENTE ORBE
SONLENNI RITU ET INCREDIBILI REGIAE MAGNIFICENTIAE APPARTU
IN
REGIO MONTE
A. D. XIIIX. JANUARII
SUSCEPTIS
EA QUA PAR EST PIETATE GRATULATUR
ANNO A CHRIST. NAT.
CCC CI CIC

7

